



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica Recapitulatio

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

Die septima Aprilis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9477**

Aprilis 5.

NATALES

Onuphrius  
ad Vlast-  
num.

Sessio 13.  
capite 5.

Lib. 2. con-  
tra Henri-  
cianos, de  
eode lib. 4.  
epist. 53.

Vulsius, in diocesi & ditione Vrbeuerana, quo Onuphrius scribit commotum fuisse Vrbanum ad festi institutionem. Sed minus caute reiecit quæ de Eua reclusa diximus, cum hæc ex bullis ipsius Urbani, & Iulianæ vita, certissima esse nostratibus constet. Verùm quæ apud auctores minus graues legerat, non miror virum doctum reiecit, eaque ignorasse quæ in angulo ferè mundi contigerunt, & à multis etiam nostratibus hætenus ignorantur. Itaque Belgæ, qui alios in festi obseruatione præuenimus, ab auita pietate non recedamus, sed, vt Patres Tridentini monuerunt, *gratos & memores animos testemur erga Redemptorem, præ tam ineffabili & planè diuino beneficio: & contra hæresim triumphum agamus, vt eius aduersarij in conspectu tanti splendoris debilitati & fracti tabescant, vel pudore affecti aliquando resipiscant.* Sanè non paruum est Leodiensis ecclesiæ ornamentum duo habuisse luminaria contra Berengarij hæresim. Antea enim Algerus, celeberrimus diui Lamberti Canonici, Leodij conscripserat de Sacramento altaris libros tres, *optimè*, inquit Petrus abbas Cluniacensis, *plenisimè, perfectissimè*. Hic autem puræ conuersationis vir, in præbenda retineri non potuit, sed Cluniaci monasticam vitam in prouecta ætate est amplexus. Postea accessit Iuliana, festi promulgatrix, de qua superiora scripsisse sufficiat.

a Fuit Guido Laudunensis, creatus anno Christi 1254.

b Inter quos Gerardus, lector Dominicanorum Leodij. Vita S. Iuliane lib. 2. c. 6.

c Imo quatuor. Nam & Theoduinum Leodiensem episcopum, in epistola ad Henricum primum Francorum regem. & Adelmannum ex Scholastico Leodiensi episcopum Brixmensem. Citat eos Garcius.

Die septima Aprilis.

De B. Ioseph, Canonico Stein-veldensi.

Ex Rafone, qui vitam excusam scripsit.

**M**onasterio Stein-veldt, obitus beati Hurmanni, siue Ioseph, presbyteri & Canonici

nici Ordinis Præmonstratensis. Cuius memoria celebranda est inter beatos Colonienſis diœceſis. Ad Belgium tamen pertinere videtur, quòd Raſo Bonuf- vicinus ſcriptum reliquit, eum, cùm à Stein-veldeniſibus ob ſingularem pietatem ante legitimam ætatem receptus eſſet, diſciplinaram gratiã in Friſiam directum eſſe. Vbi ſiquando ( quod apud illos creberrimum erat ) audiſſet Ædepol, per ſummum Iouem, per Herculem, & cætera talia, etiam in præceptoribus ſuis vix humanè ferebat. Ibidem cùm inter condiscipulos puer peregrinus ob fœdam capitis ſcabiem inuiſus eſſet, à beata virgine, cum multorum admiratione, ſubitam incolumitatem obtinuit. Dictus eſt propter ſimplicitatem & deuotionem erga Deiparam virginem Ioseph. Quod cum moleſtè ferret, per apparitionem monitus eſt vt Iosephi nomen non refugeret. Corpus eſt apud Stein-veldeniſes, è terra eleuatum. In quo autem loco Friſiæ ſtuderit nuſquam legi. Sed à Præmonſtrateniſibus in Stein-veldi: accepi ſub ipſorum abbate conſtituta eſſe Friſiæ monaſteria, in *Deckum*, *Lidum*, & *Oridlum*. Obijt an. 1236. in monaſterio virginum vicino, relatus in Stein-veldiani feria 3. Pentecoſtes.

*In dialogo  
de Ioseph  
capite 5.*

## Nona die Aprilis.

### 1<sup>o</sup>. De S. Vualdedrude, patrona Montensium.

*Ex Chronicis Hannonum, historia manu-scripta Sanctæ Vualdedrudis, & libris Montensis Ecclesie.*

**M**ontibus Hannoniæ, transitus B. VVAL-  
DEDRVDIS continentis. Quæ parentes ha-  
buit Vualbertum & Bertiliam; maritum sanctum  
Vincentium, Comitem Hannoniæ: sororem, san-  
ctam Aldegundem; proles, Landricum, Aldetru-  
dem & Madelbertam, quæ duæ Malbodio mo-  
naſterio poſt Aldegundem præfuerunt, & Dent-  
linum puerum, qui in albis obijt: Hi autem  
omnes

*De Wal-  
berto agit  
Iacobus  
Susinus in  
Annal.  
Han lib. 9.  
c. 6. 9. &  
10. ubi cum  
ponit inter  
SS. Deco-*